

Université de Strasbourg
MASTER INTERDISCIPLINAIRE DES MONDES DE L'ANTIQUITÉ (MIMA)

“Le VIN” - SÉMINAIRE INTERDISCIPLINAIRE MIMA – 15 NOVEMBRE 2023 MISHA – SALLE DE CONFÉRENCES

Michele CUTINO (Théologie catholique), Vinum non habent. *La valeur symbolique et anthropologique du vin dans certaines lectures chrétiennes du miracle des noces de Cana (Jn 2, 1-11).*

¹Et tertia die nuptiae factae sunt in Cana Galileae et fuit illic mater Iesum. ²Fuit autem Jesus uocitus et discipuli eius ad nuptias. ³Et factum est per multam turbam uocitorum uinum consummari mater autem Iesum dixit ad eum : “Vinum non habent fili”. ⁴Et respondens Jesus dixit “quid mihi et tibi mulier? Nondum uenit hora mea. ⁵Et aduocatis ad se ministris mater Iesum dixit illis quid uobis dixerit Jesus facite. ⁶Fuerunt autem illic hydriæ lapideæ sex secundum purificationem Iudeorum capientes singulae metretas binas uel ternas. ⁷Et Jesus uocitis ad se ministris dixit illis implete hydrias aquam, et impleuerunt eas usque ad summum. ⁸Et ait illis “haurite et date archetriclino” et fecerunt sicut dixit eis Jesus. ⁹Quomodo autem gustauit archetriclinus aquam uinum factum non intellegebat unde esset. Ministri autem sciebant qui aurierant aquam quae uinum factum est. Vocauit autem sponsum archetriclinus. ¹⁰Et ait illi : “omnis homo uinum bonum primo ponit et cum inebriati fuerint id quod deterius. tu autem seruasti melius uinum usque in hanc horam”. ¹¹Hoc initium signorum fecit Jesus in Cana Galilæae et manifestauit gloriam suam et crediderunt in eum discipuli eius¹.

1. Juvencus *Evangeliorum libri I*, 127-152

Interea thalamis conubia festa parabant
In regione Chanan, ubi clari mater Iesu
nato cum pariter conuiua concelebrabat.
Vina sed interea conuiuis deficiebant. 130
Tum mater Christum per talia dicta precatur:
“Cernis, laetitiae² iam defecisse liquorem?
Adsint, nate, bonis ex te data munera mensis”.

¹ Trois jours après, il y eut des noces à Cana en Galilée. La mère de Jésus était là,² et Jésus fut aussi invité aux noces avec ses disciples.³ Le vin ayant manqué, la mère de Jésus lui dit: Ils n'ont plus de vin.⁴ Jésus lui répondit: Femme, qu'y a-t-il entre moi et toi? Mon heure n'est pas encore venue.⁵ Sa mère dit aux serviteurs: Faites ce qu'il vous dira.⁶ Or, il y avait là six vases de pierre, destinés aux purifications des Juifs, et contenant chacun deux ou trois mesures.⁷ Jésus leur dit: Remplissez d'eau ces vases. Et ils les remplirent jusqu'au bord.⁸ Puissez maintenant, leur dit-il, et portez-en à l'ordonnateur du repas. Et ils en portèrent.⁹ Quand l'ordonnateur du repas eut goûté l'eau changée en vin, -ne sachant d'où venait ce vin, tandis que les serviteurs, qui avaient puisé l'eau, le savaient bien, -il appela l'époux,¹⁰ et lui dit: Tout homme sert d'abord le bon vin, puis le moins bon après qu'on s'est enivré; toi, tu as gardé le bon vin jusqu'à présent.¹¹ Tel fut, à Cana en Galilée, le premier des miracles que fit Jésus. Il manifesta sa gloire, et ses disciples crurent en lui.

² Ps. 104,15 et uinum laetificat cor hominis (Verg. Aen. I 734 laetitiae Bacchus dator) ; Rust. Help. Tristicha 55-57: Insipidi quondam latices: elementa saporem / Fragrantis sumpsere meri, nam prouidus Auctor/ munera laetitiae, uirtutum exordia, fecit , (Prop.I 10. 12: Accipe commissae munera laetitiae; Dracont. laud. Dei I 174-175: munera laetitiae spondens pendentibus uvvis)

Ephrem Syr. Commentaire de l'évangile concordant, texte syriaque (ms. Chester Beatty 709). Dublin 1963, 77: In initium signorum suorum fecit uinum laetificans conuiuio, ut patefaceret sanguinem suum laetificaturum esse omnes gentes. Omnia gaudia quae sunt, in uino coniunguntur; et omnes saluationes quae factae sunt, in magisterio sanguinis eius coniunguntur), Gaudentius (tract. 8. 6: Quid est ergo, quod ista euangelii lectio, quae hodie recitata est, festiuitati nuptiali interfuisse dominum perhibet inuitatum, nisi quod ibi uinum, id est uirtus defecrat laetitiae spiritalis, et languebant sitientium turbae uocatorum uini laetificantis inopia, quoniam uinum laetificat cor hominis, ut ait propheta; Cyril. *in Ioh. tract. 2. 1-4*, PG 73, col. 225A: τετίμηκε τῇ παρουσίᾳ τὸν γάμον, ἡ πάντων εὐτιμία καὶ χαρὰ, ἵνα τῆς τεκνογονίας τὴν ἀρχαίαν ἐξελάσῃ κατήφειαν.

Olli respondit terrarum gloria Christus³:
 “Festinas, genetrix: nondum me talia cogit 135
 ad uictus hominum tempus concedere dona⁴”.
 Mensarum tunc inde uocat laetata⁵ ministros
 mater et imperiis nati parere iubebat.
 Sex illic fuerant saxis praepulchra cauatis
 vascula, quae ternis aperirent ilia metretis. 140
 Haec iubet e fontis gremio complere ministros.
 Praeceptis parent iuuenes undasque coronant
 completis labiis lapidum; tum spuma per oras
 commixtas undis auras ad summa uolutat.
 Hinc iubet, ut summo tradant gustanda ministro. 145
 Ille ubi percepit uenerandi dona saporis
 nescius, in uini gratum transisse liquorem
 egestas nuper puris de fontibus undas,
 increpat ignarum sponsum, quod pulchra reseruans
 deteriora prius per mensas uina dedisset. 150
 His signis digne credentum discipulorum
 Perpetuam stabili firmauit robore mentem⁶.

	Jean 2, 1-11	Iuvenc. II, 127-152
coordonnées spatio-temporelles et participants au repas de noces	2, 1-2	II, 127-129
la crise qui précède le prodige : l'absence de vin	2, 3a	II, 130
Dialogue entre Marie et Jésus	2, 3b-4	II, 131-136
L'ordre de la Vierge aux serviteurs	2,5	II, 137-138
Les six vases	2, 6	II, 139-140
La transformation	2, 7-8	II, 141-145
Le maître d'hôtel et l'époux	2, 9-10	II, 146-150
Le premier miracle de Jésus	2, 11	II, 151-152

³ Verg. Aen. XII, 18 Olli sedato respondit corde Latinus; cf. XII 829 Olli surridens hominum rerumque repertor; 833 Do quod vis, et me victusque volensque remitto.

⁴ Cf. Iren. AH III 16 7 Propter hoc properante Maria ad admirabile vini signum et ante tempus volente participare compendi poculo, Dominus repellens eius intempestivam festinationem dixit; Orig. comm. Ser. In Matth. 74: Volens ostendere quod omnia in pondere et numero et mensura constituit deus, dicit in aliquo loco ad matrem suam: “nondum venit hora mea”, ...item:...”pater venit hora; clarifica filium tuum, ut et filius tuus clarificet te”- sic et horam constituit passionis filii sui; Cypr. Epist. 63, 13, 1: videmus in aqua populum intellegi, in vino vero ostendit sanguinem Christi.

⁵ Verg. Aen. XII 841 Adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit.

⁶ Pendant ce temps, on préparait des noces solennelles dans la région de Cana, où la mère du noble Jésus participait au banquet avec son fils. Mais entre-temps, le vin manquait pour les convives. La mère pria alors le Christ en ces termes : "Vois-tu que le liquide qui donne la joie est déjà épuisé ? Qu'il y ait, mon fils, des dons que tu donnes aux bonnes tables". Le Christ, gloire du monde, lui répondit : "Tu es pressée, mère : il n'est pas encore temps d'offrir de tels cadeaux à la nourriture des hommes. Alors la mère, encouragée, appela les serviteurs chargés des tables ; elle leur ordonna d'obéir aux ordres de son fils. Il y avait six belles jarres taillées dans la pierre, d'une contenance de trois mètres chacune, qu'il ordonna aux serviteurs de remplir à partir du centre de la fontaine. Les jeunes gens obéirent immédiatement aux ordres et remplirent d'eau les vases de pierre à ras bord, après quoi l'écume tourbillonna sur les bords jusqu'au sommet, l'air se mêlangeant à l'eau. Ils ordonnèrent alors au maître de table de leur faire goûter. Celui-ci, dès qu'il a goûté le cadeau au goût exquis, ne sachant pas que l'eau tirée tout à l'heure d'une source pure s'est transformée en un liquide agréable, le vin, reproche à l'époux sans méfiance, parce que, ayant conservé les bons vins, il a d'abord distribué sur les tables les plus mauvais. Par ces prodiges, il a fortifié pour toujours, avec une vigueur inébranlable, l'esprit des disciples qui croient avec raison

2. Sedul. Pasch. carm. III, 1-11

Prima suae Dominus thalamis dignatus⁷ adesse
virtutis documenta dedit conuiuaque praesens
pascere, non pasci ueniens, mirabile! fusas
In uinum conuertit aquas: amittere gaudent
pallorem latices, mutauit laeta saporem 5
unda suum largita merum, mensasque per omnes
dulcia non nato rubuerunt⁸ pocula musto.
Impleuit sex ergo lacus hoc nectare Christus:
quippe ferox qui uitis erat⁹, uirtute colona
omnia fructificans¹⁰, cuius sub tegmine blando¹¹ 10
mitis¹² inocciduas¹³ enutrit pampinus uvas

⁷ Ambrosiast. quaest. 127. 7: Ipse enim rogatus ad nuptias ire non dignatus est et non solum praesentia sui inlustrauit eas, uerum etiam contulit quod deerat ad laetitiam.

⁸ Sedul. hymn. 2. 49–52 Nouum genus potentiae: / Aquae rubescunt hydriae / Vinumque iussa fundere / Mutauit unda originem),

⁹ Ioh. 15:1–5 Ego sum uitis uera et Pater meus agricola est ²Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum et omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus adferat ³Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis ⁴Manete in me et ego in uobis sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipso nisi manserit in uite sic nec uos nisi in me manseritis ⁵Ego sum uitis uos palmites qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum quia sine me nihil potestis facere.

Cf. Ambr. Fide IV 12 164-166 Vitis enim (scil.: Christus) est, quia meas sustinet passiones, quandoqui- dem in illo nixa fragilis prius humana condicio faecundis rediuuae fruc- tibus pietatis adoleuit. [...] Si enim Filius incarnationis futurae loquitur sacramentum – quia impium est ut de Patre credas –, Filius est utique, qui supra dicit: Ego te plantaui uitem fructiferam; quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienae? (Hier. 2:21). Itaque et Filium uides esse agricolam, unius nominis cum Patre, unius operis, unius dignitatis at- que substantiae. Ergo si et agricola et uitis est Filius, uitem utique secun- dum incarnationis accipimus sacramentum.

Aug. in Ioh. Tract. 80, 2 Secundum hoc ergo uitis Christus, secundum quod ait: Pater maior me est (Ioh. 14:28): secundum autem id quod ait: Ego et Pater unum sumus (Ioh. 10:30), et ipse agricola est. [...] Denique cum de Patre tamquam de agricola dixisset quod infructuosos palmites tollat, fructuosos autem purget ut plus afferant fructum; continuo etiam seipsum mundatorem pal- mitum ostendens: Iam uos, inquit, mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis (Ioh. 15:3). Ecce et ipse mundator est palmitum, quod est agricolae, non uitis officium.

¹⁰ Opus Paschale III 1: Vitis aderat uirtutis colonatu fructifera, sub aetheriae frondis umbraculo nutriens racemos spiritalis pampini semper amoenitate uiicturos

¹¹ En premier le Seigneur, daignant venir à un mariage, donna un signe de sa puissance, et, secourable convive, vint non pour se nourrir, mais pour nourrir (merveille!). L'eau répandue, il la changea en vin: les ondes se réjouissent de n'être plus diaphanes, l'eau se plut à changer sa saveur, en donnant largement du vin pur, et sur toutes les tables, les douces coupes rugirent d'un vin surnaturel. Le Christ emplit donc six cuves de ce nectar: car lui qui était la vigne féconde, avec sa puissance comme vigneron

¹² Verg. georg. I 448: Heu male tum mitis defendet pampinus uuas

¹³ Max. Taur. serm. 101, 3 : Credendum est iam ex hoc mortalem hominem in immortalitatem posse conuerti, quando uilis substantia in praetiosam est conuersa substani- tiam. [...] Facto enim hoc altius nescio quid demonstratur. Nam cum Dominus aquam uertit in uinum, non tam hoc operatur ne discubentibus desit ebrietas, sed ut creditibus fiat aeternitas [...]. Ergo cum ex illa uili aqua uini optimi saporem uoluit gustare conuiuas, magis uoluit ex hac uili carne resurrectionis caelestis sapientiam gustare credentes. Nam hoc signo totum utique resurrectionis mysterium continetur. Aqua enim uilis pallida et frigida in uinum uersa, scilicet praetiosum rubeum uel ignitum, hoc significat hominis substantiam conditione uilem inbe-cillitate pallentem frigidam morte in resurrectionis gloriam commutandam, quae est aeternitate praetiosa gratia colorata spiritu inmortalitatis ignita.